



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 46. Ecclesia a Magno Magistro in grati animi memoriam extracta

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

fectum ad rem strenue gerendam precibus Sæcui. XV.  
& jussis concitat. A.C. 1480.

§. XLV.

*Turcicæ classis Fuga.*

Jamjam cruentum utrinque certamen in tertiam ferme horam effluebat; tandem vero Turcæ cedere ac Præfecti tremium morte conterriti Neapolitanam navem dimittere cogebantur. Igitur die decima nona Mensis Augusti Ottomana classis relicta statione sua ad portum Fifcum appulsa est, ubi Turcis in terram expositis, Constantinopolim contendit.

§. XLVI.

*Ecclesia a Magno Magistro in grati animi memoriam extructa.*

Magnus Rhodiorum Magister, vix ab inflictis vulneribus sanatus, voti religione se adstrinxit, se magnificam Ecclesiam sub invocatione Beatæ Virginis Mariæ de Victoria extructurum, huicque sacro, magnoque operi reparatis Rhodi munimentis mox dedit initium: cum autem hæc Victoria eodem, quo Græci festivitatem S. Pantaleonis agunt, die reportata suisset, Petrus Albussonius Magnus Magister præcepit, huic queque Sancto Martyri sacrum procul ab Ecclesia facellum longe nobilissimum erigi, ibidemque

Sæcul. XV.  
A.C. 1430.

demque secundum ritum Græcorum ren-  
divinam peragi curavit. Præterea Go-  
nuæ prope oratorium Ecclesiæ Cathe-  
dralis ad S. Laurentium, ubi pretiosi ci-  
neres S. Joannis Baptiste asservantur, &  
liam Ecclesiam ædificari statuit, piumque  
suum propositum religiose executus est.  
Redibit sermo de dignissimi hujus Ma-  
gistri virtutibus, qui solido trimestri Tur-  
carum insultus invicto animi robore su-  
stinuit, atque adeo nullam impigri Duci  
partem prætermisit, ut etiam Mesitam  
Vezirium, postquam novem aut ferme de-  
cem sucrum millia, plurimasque naves  
& triremes amiserat, obsidionem solvere,  
atque Rhodum Insulam turpiter deserere  
cogeret.

### §. XLVII.

#### *Pax Florentinis a Pontifice concessa.*

*Volater. l. 5.* Rhodi Insusæ obsidio a Turcis tentata,  
*Brutus hist.* quadantenus caufsa extitit, ut Sixtus  
*Florent. l. 5.* Papa pacem, quam per integrum bien-  
nium & amplius Florentinis negaverat,  
nunc benevole concederet. Ast Veneti,  
quod iis ignaris pax ista fuisset firma-  
ta, graviter palamque queruntur. Ea  
agendi ratio summopere dislicuit Pon-  
tifici, indeque graves admodum tumultus  
Florentiæ fuscitabantur, qui haud alia  
via